



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome I. Alvarez De Paz In omnes libros De Vita Spirituali Eiusque Perfectione

Álvarez de Paz, Jacobo

Antverpiæ, 1620

Quod perfectio est familiarissima amicitia hominis & Dei, & maxima unio
inter animam, & Deum. caput 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49057](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49057)

urbibus, & turbis populorum: solus
regnat, qui deposito cordis impetio ad
leges rationis ordinat totam familiam
interiorum & exteriorum. Est igitur
perfectio regnum caelorum, quod non
aggredi & expugnare debemus. Tunc
vero felices & beati erimus, qui opes
perpetuas, amplitudinem filiorum Dei & regnum
caelorum obtinebimus, quod vim patitur
& violenti rapiunt illud.

CAPVT XXIIIX.

*Quod perfectio est familiarissima
amicitia hominis, & Dei & maxima
inter animam, & Deum,*

EX nominibus quæ perfectioni tribu-
tur, eius dignitas in superioribus demo-
strata est: Nunc ex his quæ perfectioni in-
sunt, eamque circumdant, aut ex ea tanquam
ex causa procedunt, eiusdem dignitas, & ma-
gnitudo pandatur. Istorum verò illud primò
tractandū est, quod fons videtur esse, & origo
reliquorum, perfectionem intimam esse ami-
citiā, ac necessitudinem hominis perfecti
cum Deo, quē ille omnibus familiaritatibus
creatis abiectis, sibi in fidelissimum præfere-
re elegit, & in dulcissimum amicum assumpsit.
Omnis charitas etiam minima est Dei & ho-
minis

minis amicitia alicui supernaturali cōmunio-
 ni subnixa (vt Thomas ait) qua homo vult
 sua bona Deo propter ipsum, & ei in omni-
 bus ab illo mādaris placere contendit, & qua
 Deus ita amat hominē, vt velit ei bona diui-
 na, & non tantum velit, sed faciat quoque, &
 manu liberalissima impertiat. At perfecta cha-
 ritas, quæ est ipsa mentis perfectio, non est
 quouis modo Dei & hominis amicitia, sed &
 necessitudo tā arcta, tā familiaris, tā intima,
 vt vix id aut humana fragilitas credat, aut in-
 tellectus creatus, & rebus infimis assuetus
 intelligat. Quis enim nisi aut expertus, aut
 dictis sapientissimorum & sanctissimorū viro-
 rum expertorū assentiens, credat Deum, ante
 cuius cōspectum cæli columnæ cōtremiscūt,
 ita ad animam puram demitti, vt velut spon-
 sus vino amoris inebriatus, eam deprecet,
 illius adspectum cupiat alloquium sitiat, am-
 plexum ambiat, & eius purissimis delicijs
 quatendis intendat: & animam sanctitate
 vestitam, ita per sanctam fiduciam, & amo-
 rem extolli, vt Deum tamquam sponsum
 respiciens, eius assiduā conuersationem ex-
 spectet, oscula postulet, amplexus exquirat, &
 cum in omnibus quæ ipsa vult (cum præter
 diuinam legem nihil vult) ad suum deside-
 rium explendum, & opere præstandū trahat.
 Sed hoc ita esse, vtriusque fœderis paginæ, &
 sanctorum dicta, & perfectarum animarum,
 quarum

*D. Tho.**2.2. q. 23**Art. 1.*

quarum aliquae semper sunt in Ecclesia, experientia declarant. Nunc vero amorem sponsi, & sponsae mittamus quem statim admirabimur, & intra amicitiae metas non continentes perscrutemur, quam perfectam magnae cuiusdam amicitiae leges, hi duo amici Deus, & perfectus homo custodiam. Licet enim ille, qui benedictionem debet legislator, nullis subditus legibus, nullis rebus compeditus, tamen non vult legibus verae amicitiae eximi, ut homines gloriantur, quia Deum ipsum non solum patrem & Dominum, sed etiam amicum habent necessitudinis iura seruantem. Dominus ita amicitiae leges iuraque decernit ut ea ipse multo melius atque constantius, quam homines, quibus sunt imposita, seruet. Quare non sine mysterio dicitur: *principatus eius super humerum eius*, quoniam leges, quas humeris subditorum imponit, ipse etiam super humerum suum, homines ad ipsarum cultum adiuuando supportat. Quae autem sint amicitiae leges? Certè si breuiter eas referamus, haec fere sunt. *Prima*, ut amici se inuicem ament, & mutua ac indissolubili benivolentia complectantur. *Secunda*, ut assidue verba faciant, & non sine voluptate secum ipsi conuersentur. *Tertia*, ut mutuis officiis ac donis, quoad possint, amorem augeant,

Isa. 9.

que sicut ignem flatus, ita mutuam beneuolentiam, nullum etiam lucrum, queritatem accendunt. *Quarta*, ut seiplos sustineant, & si quid ab aliquo peccatum fuerit, alter aut benignè corrigat aut etiã dum opus est, patienter dissimulet. *Quinta*, ut amici idem omninò sapiant, idem dicant, idem velint, idè nolint, & in omnibus sine vlla dissentione cõcordet. *Sexta*, ut occulta adinuicem detegant, secreta reuelent, & vnus alteri cordis sui arcana confidat. *Septima*, ut in tribulatione se adiuuent, & si vnus sentit dolorem, alter remedium querat, & compassionis affectum non omittat. *Octaua*, ut vnus alteri se accomodet, & infirmus vtilitatem ex robore fortioris sentiat, & fortis imbecillitates infirmi sustineat. Postrema tandem, ut amicorum nihil quod deceat, vnus sibi ipsi referuet, sed sint illorum omnia communia. Hæ leges ita indurptæ apud Deum & animam perfectam manent, ut non dubium sit, Deum huic animæ fidelissimã amicitiam seruare, & animam ad Deum arctissimam necessitudinem habere. Quam nec anima tantæ dignitatis particeps abscondit, nec Deus amore captus erubescit. *Quinimo* illa palam confitetur. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Ierusalem. Et ille sine vllò rubore pronunciat: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Qua voce non solum ani-

Cant. 8

Cant. 2

animam vocat amicam, verum etiam in pulchram, tam omnibus meliorem, dignam suo amore & benevolentia proci-
mat.

An amici se impensè amant? Sed anima perfecta ita Deum amat, ut propter illum omnia creata despiciat, seipsam odio habeat, & vniuersis rerum creatarum amoribus re-
ledicat. Recedite polluti clamat eis, recedite abite, nolite tangere. Et merito omnes am-
res, qui in Deum non tendunt, polluti vocat, quia si admittantur, animam polluunt, & amoris erga Deum feruorem minuunt & charitatis puritatem auerunt. Deus verò ita animam diligit, & eius amor respondet, ut in infinitum eam, sicut & cetera amore superans, non amore finitum amicam istam, sed infinito diligit, & quæ totus charitas est, veluti igne amoris ardet, & fidelis animæ in se transformandæ desiderio liquefcatur. Istud significant illæ voces: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret.* In hoc apparuit charitas Dei nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eam. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volans expandit alas suas, & assumpsit eum, & que portauit in humeris suis. Si enim Deus tam ardentem dilexit mundum

Joan. 3.

1. Ioan.

4.

Deut. 32

& populum illum Hebræorū tam indefatigabiliter amavit, quo nā pacto perfectos & sanctos diliget, qui sunt selectior mundi pars, & populus omnium dilectissimus, cuius causa præcipuè in mundum venit, in quo mirabilis bonitatē ac misericordiam suam exerit, & propter quem principalius vniuersum orbem fabricauit? Nec tamen quia isti amici se in æqualiter amant, ideo amicitia claudicat, aut non est ex vtraque parte fidelis, quoniam ad eius integritatem & fidelitatem conseruandam satis est, si anima quæ finitè amat, quidquid potest amet, quantum valet, alios adulterinos & extraneos amores abiciat, & si possibile sibi esset, infinitè amare desideret. Hoc inquam, sufficit, vt amicitia hæc inter Deum & animam sit vsquequaque perfecta. Vnde pulchrè Bernardus ait: non planè pari vbertate fluunt amans & amor, anima & verbum, sponsa & sponsus, creator & creatura, non magis quam sitiens & fons. Quid ergo? peribit propter hoc, & ex toto euacuabitur nupturæ votum, desiderium suspirantis, amantis ardor, præsumptis fiducia: quia non valet ex æquo currere cum gigante, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum agno, candore cum lilio, claritatē cum sole, charitate cum eo qui charitas est? Non:

S nant

*Barth.
ser. 83.
in Cantō*

nam etsi minus diligit creatura, quoniam minor est; tamen si ex tota se diligit, nihil deest, ubi totum est. Quantum est ignis mutuus istorum duorum amicorum amor, qui terminum nisi possibilitatis nescit, & a Deo infinitus est, in anima verò licet non infinitus, quia non potest, tamen quantum potest, amat, & ut sic amet, nullius extranei amoris consortium admittit.

At amici mutuis se oblectant alloquendo, & verbis vltro, citroque habitis se abundè recipiunt: & quid aliud faciunt Deus & perfecta anima nisi perpetuò conuersari, & totos dies noctesque (quantum carnis fragilitas sustinet) in suauissimis colloquijs commorari? Nullum perfectum vidi, nec legi, qui non saltem in desiderio suo hanc primam & præcipuam occupationem haberet, cum Deo miscere dulcia sancti amoris colloquia, & ei intellectu & affectu iugiter inhaerere. Loquitur Deus non semel, sed saepe cum perfecta anima, quam non distractam non ineptè occupatam, non post vana & inutilia currentem, sed attentam, sed expectantem, sed amici vocem impensè cupientem inuenit. Scit enim quia vox eius dulcis, facies ut & facies decora. Dicit ei verba correptivis, dum eam benignè corrigit, & sermone doctrinae, dum de rebus agendis & reuendis docet, nec non colloquia amoni-

miscet, dum fiducia erigit, promissis mul-
 cet, desiderijs extollit, & immissa suauitate
 à visibilibus potenter abducit. Hæc dulcia
 Dei verba sentiens anima clamat cum Cy-
 priano: Suauis est mihi eloquium tuum, vi-
 uis, & efficax sermo tuus ancipiti gladio
 penetrabilior, vsque ad diuisionem spiritus,
 & animæ meæ attingens, carnales & spiri-
 tuales intra me separat, & sequestrat affectus,
 & à vilibus pretiosa distinguens, quasi fla-
 gello de funiculis contexto de meo interiori
 templo, quod tu inhabitas, omnem nundi-
 nationem expellit &c.

*Cyprian.
 ser. de
 baptif.
 Chri.*

An non legimus: quia loquebatur Dominus
 ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo
 ad amicum suum? Sed cum huius alloquij cau-
 sa esset intima Dei amicitia cum illo, creden-
 dum est Dominum eadem ratione facie ad
 faciem, id est valde familiariter cum sanctis,
 & amicissimis suis loqui, & deposito graui-
 tatis & auctoritatis terrentis vultu, cum eis
 amicè & beneuolè conuersari. Loquitur igitur
 Deus sæpe cum perfecta anima, & ipsa
 vocem amicam percipiens, & se compellari,
 & ad colloquia inuitari sentiet. O dulcis Dei
 & animæ conuersatio! ô desiderabilis con-
 suetudo! ô suauis colloquium! &c. quis vocem
 Dei dulcem & blandam audire non cupit?
 Quis hunc honorem, verissimum cum Deo
 loquendi, & conuersandi aucupari non

Exod. 33

S 2

curat?

curat? profecto valde insipiens, & negligens est, qui se puritate mentis suæ minimè ad hæc cælestia colloquia habenda disponit. Sed Deus, quid donat animæ? Multo melius interrogares, quid non donat illi? Omnia namque, quæ ipsa habet dona Dei sunt, an cæli non sunt dona Dei animæ prærogata, ut superna sitiat, & cælestia suspiret: an terra & reliqua elementa, & mixta non sunt dona Dei? an membra & sensus, & vires internæ non sunt dona Dei, quibus anima salutem semper mansuram inquirat? an tempora, an anni, & menses, & dies, & horæ & momenta non sunt dona Dei, ut semper laborando ad maiorem puritatem perueniat? at anima perfecta quid ipsa donat Deo, quæ propter Deum omnia creata adspernatur, & contemnendo ea omnia, donum Dei facit, pro cuius amore & obsequio relinquit? parum est hoc, quicquid sapit, quicquid valet, quicquid cogitatione & desiderio comprehendit, & se totam Deo offert in donum, dum nihil sui sibi retinet, sed vires, sed talenta, sed potentiarum & membrorum opera, sed voluntatem, sed iudicium in diuinum obsequium impendit. Quæ quicquid habet, & potest, donat, & quicquid non habet, nec potest, dare desiderat; si non ex æquo, saltem quantum sibi conceditur largissimo Dei amoris respondeat, & non verbis solum, sed operibus & officiis

cum
cum
Dei
dam
tinere
dit, a
lum
bitat.
ma,
idem
amic
uelan
tui D
det, &
mala
fiduc
Deus
semit
& de
quis,
gat I
deat
& si
illud
nes
in C
stino
vita
quor
dac

cum Deo initam amicitiam confirmat: & cum omnia, quæ intra & extra se habet, Dei esse conspiciat, & non sola fide, sed quodam certissimo experimento ad Deum pertinere comperiat, ipsi omnia libentissimè reddat, à quo se accepisse gaudet, & in cuius solum obsequium bene impensa esse non dubitat. Non erit autem mirum, si Deus & anima, qui se inuicem sustinent, idem sapiant, idem velint. At quanta fidelitate hi duo amici Deus, & anima sibi mutuo secreta reuelant; quorum ista omnes recessus cordis sui Deo peruios, & manifestos esse congauDET, & bona, vt ea dominus ipse promoueat, mala vero, vt ea curet & sanet, cum magna fiducia pandit. Vnde fidenter ait: *Proba me Deus & scito cor meum; interroga me, & cognosce semitas meas; & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.* Non optat cum iniquis, vt non videat, dominus, nec intelligat Deus Iacob, sed magis vult, vt videat, vt intelligat, vt yniversa scrutetur, & si quod semen iniquitatis inuenerit, illud extirpet, & omnes suas cogitationes & opera in viam veritatis, id est, in Christum adducat: dicit cum Augustino: Si aliquid inueneris, Domine, in vita mea, quod displiceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est, tu deduc me in via æterna, scilicet in

Psal.

138.

*Psal. 93**Aug.**in psal.*

138.

filio tuo, vbi nulla est iniquitas: quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustū. Deus quoq; in amoris signum ab anima, cum opus est, secreta sua minime abscondit. Audi quid aliquando

Gen. 18. dixit: Num celare potero Abraham quod gessurus sum; cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam, & benedicenda sint in illo omnia nationes terra? Et quare, Domine Deus, hoc mysterium Abraham celare non poteris, nisi quia æquum iudicasti ei tamquam amico & canum suæ posteritatis, in signum amicitie prædere; & vt magis ac magis te hominis amatorem ostenderes, ei secreta tui cordis aperire.

Amos. 3. Amos quoque ait: Non faciet Dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Et Dominus: vos autem dixi amicos

Ioan. 15 quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Deregat ergo Dominus secreta sua hominibus perfectis amicis suis, & multis modis occulta eis suæ voluntatis manifestat, vel ipsi ab itinere veritatis non deuiant, vel in cognitione veritatis admirentur & in omni virtutis genere promoueantur, vel vt alios in rebus credendis aut agendis erudiant.

Hæc est intima amicitia inter Deum, & hominem intercedens, qua homo Dei amicus non quouis modo, sed familiarissimus & intimissima necessitudine coniunctus efficitur. Hæc homo suum amorem in solo Deo collocat.

& res suas etiam minimas cum Deo tractat, & cum eo curas suas tanquam cum amicissimo sodali partitur. Hac quidquid habet, quicquid est, Deo donat, & nihil sibi velut proprium asseruat.

Dominus autem perfectos & sanctos viros filios appellat, non tantum appellat, sed filios suos facit, & non quouis modo filios, sed filios dilectissimos, & fidelissimos, & sibi quam simillimos reddit. Ex qua alia multa maior dignitas perfectionis elucet, quod scilicet est hominis cognatio cum Deo & cognationum omnium, quae inter aliquos esse possunt arctissima, quae homo non tantum propinquus, sed plane Dei filius, & Christi frater, & haeres regni caelestis constituitur. Perfectionem autem non iam seruos fideles, non amicos dilectos tantum, sed filios Dei homines facere Saluator noster Iesus Christus aperte monstravit. *Mat. 5.* Ut sitis filij patris vestri, qui in caelis est: haec ergo charitas cognatio hominis cum Deo est, & si ita loqui licet, filiatio, quae hominem filium Dei facit, & ab eo spirituali quadam procreatione generatum constituit. Et sicut ipsa est celsitudo philosophiae Christianae, ut Chrysostomus ait, ita sublimiorem secum hominibus dignitatem affert, non iam ut possideant terram, sicut mites &c. sed (quod est multo praestantius & excellentius) ut nimirum sint filij Dei, qui eo ipso quod tales sunt, & ad

Mat. 5.

*Chryf.
hom. 18.
in Matt.*

regnum cælorum ius habent, & terræ sui cordis sunt Domini, & consolationis ac misericordie diuinæ efficiuntur participes. Omnes quidem iusti, & gratiam habentes sunt adoptione filij Dei; quibus dicit Paulus: Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritum sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Et Ioannes: charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: & Moyses admonet, dicens: filij estote Domini Dei vestri, quod illi assequuntur qui sanctissimam Dei legem amplectuntur, & ab omni crimine se puros & incontaminatos custodiunt. Omnes enim iusti adoptione filij Dei sunt, gratiæ & diuinæ naturæ participatione similes. Gregorius insinuauit his verbis: Redemptor generis humani, quotquot fidei sunt & doctrinæ sacramentis instituit, ad inaccessiblei æternæ hereditatis gloriam eos filios facit. O filij felices, & miseri; heredes, & rei, patri vestro qui in cælis est, similes & dissimiles. Felices, quia filij, quia gratiam habetis, & vitam animæ possidetis: & miseri, quia hanc vitam tam pretiosam meritis non cumularis, & thesaurum istum augere paruipenditis. Similes Deo, quia spiritualiter viuentes, quia gratia animæ vitæ decorati, quia in rebus magni momenti legis obseruatores; & dissimiles, quia nec Deo magis appro-

Gal. 4.

1. Ioã. 3.

Deut.

14.

Gre. lib.

4. in 1.

Regum.

pinquare, nec sanctos imitari, nec ad perfectionem adspirare contenditis. Estis sicut filii regis, in misera seruitute positi, qui non regnant, sed seruiunt. Sic vos filij estis Regis æterni; quia nonnullam gratiam & charitatem, licet languidam, & remissam habetis; at filij captiui, & in calamitosa affectuum, & desideriorum vestrorum seruitute constituti, qui miseris amoribus rerum caducarum seruitis, diuinarum illustrationum & cōsolationū famē & sitim patimini, & infami vitiorū indumēto sordescitis. Hæc quidē Dominus, ego autē dixi & iterum dico, *Dij estis, & filij excelsi omnes*, quia substantiam charitatis non *Psal. 81.* perditis, & à Domino per graue crimen non separamini: veruntamen si non curatis proficere, & Christi similitudinem induere, forte à minoribus ad maiora prolapsi, sicut homines peccatores moriemini, & sicut vnus de superbis principibus à modico, quod estis assequuti, caderis. Imperfecti ergo, & tepidi, licet gratiam & charitatem participent, sunt velut filij suo patri dissimiles, quos pater tam à se moribus dissimiles videns, minus amat, non sine nausea, & indignatione tolerat. Hoc igitur apprimè habent viri perfecti, quia sunt filij Dei, non habitu gratiæ, & charitatis tantum, non operibus iustitiæ imperfectis, solum, sed moribus per-

perfectissimis, & virtutibus solidissimis celesti patri similes. At qui perfectos & sanctos vident, patrem vident, quia pulcherrimam eius imaginem vitæ, & moribus perfectorum impressam adspiciunt. In eis namque sapientia Dei lucet, qua sciunt reprobare malum & eligere bonum; & cuique rei suum valorē, aut maiorem aut minorem adscribere. In eis puritas Dei lucet, nam illius sententiæ memores, *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum* Hoc in primis summis conatibus quarunt, ut mentis suæ faciem purissimam gestent, & minimas quoque maculas, & vix visibiles næuos diligenter abradant. In eis charitas Dei splendet, qua amicos, sine villo respectu lucri amant, & inimicos ardentius diligunt, & omnia omnibus seipso efficiunt. Breuiter, omne quod malum est, constanter auersantur, & omne quod bonum est, avidissime complectuntur; ut sic filij Dei & perfectæ imagines eius existant. Imago enim & similitudo Dei est (inquit Gregorius) in vno odio malum odire, & amore perfecto Deum diligere; unde malum odio habent, & Deum bonorum fontem, & omnia bona diligunt, ut se filios Dei, & viuas imagines protestentur. Illi sunt Domini, qui per verissimum mundi contemptum omnibus dominantur. Illi potentes, qui virtute orationis diuinam voluntatem flectunt, & quasi filij tenerunt

Leuit. 11

geni-

gemitibus & lachrymis omnia impetrant, & sibiipsis diffidentes, in Deo autem fiduciã constituent, omnia possunt in eo, qui illos confortat. Illi sapientes, qui non terrena, sed æterna sapiunt, & scientiam sanctorum probe callent, qua Deum sibi placere sciunt, vt ab eo filiorum hereditatem accipiant. Illi nobiles, quorum pater Deus est, quorum fratres Angeli sunt, quorum occupatio est nobilissima atque dignissima, Deum patrem suum cõtemplari, Deum amare, & in cunctis seruire. Illi fortes, quos non dæmonum illusiones proterunt, non tendiculæ aduersarij prosternunt; sed in bello aduersus carnem & sanguinem victores & superiores existunt. Illi dilecti, quos Deus, vt charissimos filios amat. Vide quo pacto perfectio est arctissima cognatio cum Deo, quæ perfectos viros, non vtcumque filios Dei facit, sed filios charissimos Dei & patri simillimos & coniunctissimos efficit? Qui, vt filij Dei, & hæredes regni cælestis, omnibus virtutibus, tamquam regalibus indumentis vestiuntur, & cibis delicatissimis sanctorum desideriorum & piarũ cogitationũ reficiuntur, & Angelis veluti regijs ministris cinguntur, & patris sui occupatione, scilicet diuina contemplatione, delectantur, & nihil aliud querunt, nisi Dei similes esse, & in omnibus Dei filios, & seruos, ob diuinum honorem apparere. Ad hanc simi-

mili-

militudinē appetēdam, imò & accipendā, nobis à Deo facultas concessa est: nā quotquot receperunt eum, inquit Ioānes, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Non est exhortatio vehementior (ait Hieronymus) quam, quā nos Scriptura filios Dei vocat. Omnia autem facite, inquit Paulus, sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei. Hanc Dei cognationem, & similitudinem appetere, summa sapientia est. Nam quid rogo sapientius quā Deum patrem habere, qui te filium agnoscat, vt filium aliat, vt filium à peccatis eripiat, vt filium diligat, & vt filium in cōsortium Christi filij sui, atq; in participationem eterne hæreditatis admittat? Enitamur ergo ita viuere, vt simus filij Dei: filij non patri dissimiles, non degeneres, sed qui perfectionis assequendæ cura, patris nostri, qui est in cælis, virtuti respondeamus, & eius perfectionem imitemur; licet magna sit amicitie & cognationis copulatio, quæ homo Deo, vt familiarissimo amico cōiungitur, alia tamen est multo maior, & (si dici potest) intimior, quæ perfectioni etiam competens, eam mirificè exultat, & in altiore dignitate euehit. Ea autem est coniunctio sponsæ & sponsæ. Hanc ergo vnionem inter Deum & animam similiter perfectio facit, quæ non tantum est necessitudo inter duos amicos inter-

Ioan. 1.
Hieron.
Epist. 1.
ad De-
mer.

Phil. 2.

tercedens, sed etiam est castum sacrumque
 cōubiū, quo Deus spōsus animæ, & anima
 Dei spōsa, & coniux efficitur. In vita religio-
 sa potest & solet accidere, vt anima, quæ sta-
 tu & professione est spōsa Dei, amore & vitæ
 cōuersatione non sit Dei spōsa, & (quod ad
 mores attinet, aut cordis affectum) aut hanc
 summam dignitatem non habeat, aut habitā
 non per status dimissionē, sed per fidelitatis
 ruptionē amittat. Perfectionis igitur propriū
 est, animam sponsam Dei facere, non tā statu
 quam vita, quia eos mores, eas virtutes, cum
 amoris affectum infert, qui sponsæ Dei con-
 sentaneus sit, qui animam vt sponsam cha-
 rissimam Deo copulet, & omni virtutum ge-
 nere, vt sponsam Dei decet ornet atque cir-
 cumdet. Hinc Hugo Victorinus non omnē
 animam religiosam sponsam Dei vocat, sed
 eam dumtaxat quæ sancta sit atque perfecta.
 Qui plūs diligit, inquit, velocius currit.
 Præcurrit sponsa, id est, anima perfecta; sub-
 sequuntur adolescentulæ, id est, minus per-
 fectæ. Rectè quidem hic pater animam per-
 fectam sponsam censet, imperfectam verò
 non vocat sponsam, sed adolescentulam.
 Hinc in Canticis canticorum, tot sunt fœ-
 minarum diuersitates, & hæ quidem ado-
 lescentulæ, illæ verò reginæ, aliæ concubinæ
 nominantur, & vna sola, vt sponsa loquens,
 & amore languens introducitur.

Est

Hugo.
 lib. 2. de
 nuptiis.
 sp. cap. 2.

Est itaque perfectio connubium anime & Dei, quoniam animam Deo iungit, non tam statu quam opere & morum similitudine, & eam tam felici coniugio dignam reddit. Deus autem, qui cuique animæ sui copiam facit, secundum quod digna est, & secundum quod eam, aut minus dispositam, aut magis preparatam reperit, absque dubio eam ducit sponsam, quam acquisita puritas, ac vitæ sanctitas talibus nuptijs dignam efficit. Animabus perfectis dicitur per Oseam

Ose. 10 Seminate vobis in iustitia, & metrite in misericordiæ. Innouate vobis nouale, tempus autem requirendo Dominum. Ac si dimiserit, siquidem vobis datur opportunitas requirendi Dominum, & gratia abundantissima querendi faciæ eius cõceditur, ita laborare, vt Dominũ inueniatis, & ad solium eius, id est, ad perfectionis fastigiũ adscẽdatis. Hoc autẽ fiet, si ita seminetis, vt non quamcumque iustitiam, sed perfectã iustitiam colligatis; si ita metatis, vt non modicam gratiam, sed ad os misericordiæ & quantum volueritis accipiatis; si ita vitia eradicetis, vt irruentibus etiam sæuissimis tẽtationum procellis, perfecta virtus auxilijs diuinis & magnis laboribus comparata vincat, & non victa & prostrata succumbat. Pulchre, inquit Bernardus, in sponsæ prærogatiuam concurrunt pariter omnia hæc ad consummationem virtutum,

Ber. ser.
33. in
Cant.

utum, vt de forma iustitiæ sit formosa, de
 iudiciorum notitia cauta, de desiderio præ-
 sentia seu gloriæ sponsi casta. Talem pro-
 fus decet esse sponsam Domini, pulchram,
 eruditã, & castam. Ideoq; confidenter ait: *ego*
dilecto meo, & ad me conuersio eius. Quid enim
 est. Ego dilecto meo, nisi ad hoc nata sum, vt
 sponsû meû sitiam, sponsum meû diligã, spõ-
 sum meum in contemplatione complectar,
 & pro eius amore omnia creata & visibilia
 contemnam? O felix anima, quia fidelis!
 nam si verè dicis, ego dilecto meo, audies,
 & ad me conuersio eius. Audies, & experie-
 ris, & tuæ fidelitati, hanc mercedem reci-
 pies quod fidelis sit tibi Deus, quod ipse
 te protegat, ipse te diligat, ipse te ornet, ipse
 omnia quæ ad te spectant, prouehat, & tan-
 quam ad suum honorem, pertinentia respi-
 ciat. Iam experta intelliges illud: *Dilectus*
meus mihi, & ego illi. Prius dilectus intendit
 tibi: nam in hoc est charitas; non quasi nos
 dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dile-
 xit nos, & misericordia eius præueniet me.
 Inde autem habes, vt sis fidelis, vt ei solum
 intendas, vt ei totam te tradas, & nullam
 ab eo amoris tui partem subtrahas; quia aut
 nihil præter eum amas, aut si quid aliud a-
 mas, propter ipsum amas, vt ei scilicet pla-
 ceas, & ipsius sanctissimis iussis obedias.
 Tua hucusque maxima bona perfectionis

Cant. 7.

Cant. 2.

1. Ioã. 4.

Psal. 57.

ag-

agnouimus, alterum, quod amicitia est cum Deo inita; alterum quod cognatio est, similibus virtutibus copulata: tertium, quod vni Dei & animæ est, ab spiritus amore & communione profecta.

CAP. XXIX.

*Perfectionem esse huius vite beatitudinis
& esse præstantissimum opus Dei.*

Magna & eximia sunt hæc quæ de perfectione diximus. Quid enim minus non dico esse, sed nec excogitari quidem potest, quam animam ex nihilo factam, & paruulam creaturam perfectionis ac sanctitatis præsidio in Dei amicitiam prouehi, in cuius qui solus est, & rex, & dominus, cognationem admitti, & supremi Imperatoris sponsam & coniugem appellari? sed his tam magnis & tam mirabilibus perfectionis elogijs, addamus & alia. Hoc ergo quod omnes homines cupiunt, quod vniuersi volunt, & omnibus quæ cogitant aut faciunt, aut aggrediuntur, aucupari contendunt; hoc, inquam, præstat spiritualis vitæ perfectio, quæ alloquentes à vera miseria, & sælices ac beatos efficit. Duas enim beatitudines homini potest contingere, alteram imperfectam in præteriti vitæ alteram perfectam & consummatam in alia vitæ, omnis turba Theologorum edocet. Quorum illi scripturam Scripturarum auctoritate subnixi, quæ ali quos

D. Thō.
12. q. 5.
3. & 4.